Año XXVIII MIÉRCOLES 21 DE DICIEMBRE DE 1887. Núm. 67.

# BOLETIN OFICIAL

DEL

# OBISPADO DE OSMA

SE PUBLICA EN DIAS INDETERMINADOS, EN MEDIO, UNO O MAS PLIEGOS

## LEO PP. XIII.

Universis Christifidelibus præsentes Litteras inspecturis salutem et Apostolicam Benedictionem: Quod primo adventantis anni die Deo favente Sacerdotalis iubilæi Nostri solemnitatem celebrabimus, omnes ubique ter.arum gentes et cuiuscumque ordinis familiæ, quasi cor unum et anima una præ lætitia gestiunt, mirificisquo modis in hac temporum difficultate Nobis in sublimi Beatissimi Petri Sede divinitus collocatis, solemnia suæ fidei, studii, obsequii, et gratulationis exhibent testimonia. Hæc quidem omnia accepta referimus Deo qui consolatur Nos in tribulatione Nostra, Eumque sine intermissione obsecramus, ut dominico gregi universo propitius benedicat, et optatam iamdiu pacem et concordiam concedat.

Nos exploratis hisce amoris et antiquæ pietatis significationibus

## LEON XIII PAPA.

*A todos los fieles cristianos que vean las presentes Letras Salud y Bendicion Apostólica.*

Habiéndo Nós de celebrar con el favor de Dios en el primer dia del año próximo la fiesta solemne de Nuestro Jubileo Sacerdotal, todas las naciones del mundo y familias de todas clases, trasportadas de alegría, como si fuesen un solo corazon y una sola alma, y por admirables modos, dan extraordinarias pruebas de su fé, amor obsequio y congratulacion á Nós, colocados por inspiracion divina en la silla de S. Pedro en estos desdichados tiempos. Todo esto á la verdad lo consideramos como recibido de Dios que Nos consuela en Nuestra tribulacion rogándole sin intermision que bendiga propicio á toda la grey del Señor, y conceda la paz y concordia ya ha mucho tiempo deseadas.

Movidos Nós de estas reconocidas muestras de cariño y distinguida

permoti, precibusque ad id Nobis admotis obsecundantes, ut universi filii ex Parentis sui festivitate aliquod sibi parent ad æternam facilius potiundam beatitatem emolumentum, Ecclesiæ thesauros, quorum dispensationem Nobis credidit Deus, reserandos censuimus. Quare de Omnipotentis Dei misericordia, ac Beatorum Petri et Pauli Apostolorum Eius Auctoritate confisi, omnibus et singulis utriusque sexus Christifidelibus Romam occasione sacerdotalis iubilæi Nostri peregre advenientibus, ut suorum populorum nomine publice et palam pietatem et obsequium testentur, debitum supremæ Nobis a Deo traditæ auctoritati honorem et obedientiam præstent, nec non omnibus pariter utriusque sexus fidelibus qui supradictas ad Urbem peregrinationes mente et corde prosequantur, comitentur, itemque omnibus et singulis, qui suam quovis modo in piarum huiusmodi peregrinationum bonum felicemque exitum operam conferant, si novendialem supplicationem recitatione tertiæ partis SS. Rosarii ipsi sacerdotalis iubilæi Nostri diei, Kalendis nempe venturi Januarii, præmiserint, et si eandem supplicationem novendialem intra præstitum piarum peregrinationum huiusmodi admissionibus tempus iteraverint, ac vere pœnitentes et confessi ac Sancta Communione refecti, parochialem suam vel aliam quamlibet ecclesiam aut publicum oratorium visitaverint, ibique pro Christianorum Principum concordia, hæresum extirpatione, peccatorum conversione, ac S. Matris Ecclesiæ

---

piedad, y accediendo á las súplicas que se nos han dirigido á fin de que todos los hijos reporten de la festividad de su Padre algun provecho para alcanzar más facilmente la eterna bienaventuranza, hemos resuelto abrir los tesoros de la Iglesia, la dispensacion de los cuales Nos ha encomendado Dios. Por lo cual confiados en la misericordia de Dios Omnipotente, y en la autoridad de sus Apóstoles los Bienaventurados Pedro y Pablo; á todos y cada uno de los fieles cristianos de ambos sexos, que con ocasion de Nuestro Jubileo Sacerdotal vengan en peregrinacion á Roma para testificar pública y abiertamente en nombre de sus pueblos, la piedad y el obsequio, y prestar el honor y la obediencia debidos á la suprema autoridad que Dios Nos ha dado; así como tambien á todos los fieles de ambos sexos que con la mente y el corazon sigan y acompañen á dicha peregrinacion á Roma; é igualmente á todos y cada uno de los que de cualquiera manera cooperen al feliz y buen éxito de las sobredichas peregrinaciones; si rezaren la tercera parte del Santísimo Rosario cada dia de los nueve anteriores al del de Nuestro Jubileo Sacerdotal, y si reiterasen igual rezo dentro del tiempo señalado para admitir las expresadas peregrinaciones piadosas, les concedemos en el Señor indulgencia plenaria y remision de todos sus pecados, estando verdaderamente arrepentidos, confesando y comulgando, y visitando su iglesia parroquial, ú otra cualquiera, ó un oratorio público, y rogando allí por la concordia de los Príncipes cristianos, la extirpacion de las herejías, la conversion

exaltatione pias ad Deum preces effuderint, tum ipsa memoratæ solemnitatis Nostræ die, tum die festo immediate subsequenti supplicationem novendialem pro cuiusque arbitrio intra præfixum tempus ut supra repetitam, plenariam omnium peccatorum suorum indulgentiam et remissionem in Domino concedimus. Universis præterea et singulis qui corde saltem contriti novendiales supplicationes ut supra celebraverint, quovis ex hisce die id præstiterint, trecentos dies de iniunctis eis seu alias quomodolibet debitis pœnitentiis in forma Ecclesiæ consueta relaxamus. Quas omnes et singulas indulgentias, peccatorum remissiones, ac pœnitentiarum relaxationes, etiam animabus in Purgatorio detentis applicari posse indulgemus, et hoc tantum anno concessas volumus. In contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque. Volumus autem ut præsentium Litterarum transumptis seu exemplis etiam impressis, manu alicuius Notarii publici subscriptis, et sigillo personæ in ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides adhibeatur quæ adhiberetur ipsis præsentibus si forent exhibitæ vel ostensæ.

Datum Romæ apud S. Petrum, sub Annulo Piscatoris, die I Octobris MDCCCLXXXVII, Pontificatus Nostri anno X.

M. Card. Ledochowski.

*(L. ✠ S.)*

---

de los pecadores y la exaltacion de la Santa Madre Iglesia, ya en el mismo dia de Nuestra referida solemnidad, ya en el festivo inmediato siguiente al rezo repetido de nueve dias, segun va dicho, dentro del tiempo que cada uno fije á su arbitrio.

Además, á todos y cada uno de los que por lo menos contritos de corazon practiquen los rezos por nueve dias, como va dicho, en cualquiera dia de estos que lo hagan, les concedemos en la forma acostumbrada de la Iglesia trescientos dias de indulgencia. Todas las cuales y cada una de estas indulgencias y remisiones de los pecados, queremos que se puedan aplicar tambien á las almas del Purgatorio, y que se entiendan concedidas tan solo por el presente año. Sin que nada obste en contrario. Queremos asimismo que á los trasuntos ó ejemplares, aún impresos, de las presentes Letras, suscritos por algun Notario público, y sellados con el de alguna persona constituida en dignidad eclesiástica, se les dé enteramente la misma fé que se daria á las mismas, si fueran mostradas ó exhibidas.

Dadas en Roma junto á S. Pedro, bajo el Anillo del Pescador, el dia 1.° de Octubre de 1887, año x de Nuestro Pontificado.

M. Card. Ledochowski.

L. ✠ del sello.

Nota del Boletin. Durarán las peregrinaciones hasta el 30 de Junio de 1888.

## OBISPADO DE OSMA.

Debiendo verificarse en toda España el empadronamiento ó censo general de la poblacion, en la noche del 31 de Diciembre del año corriente al 1.º de Enero próximo, hemos recibido una Real órden recomendándonos y pidiéndonos Nuestra cooperacion, y la de Nuestro Clero, á fin de que hagamos por nuestra parte cuanto sea posible para que se obtenga una estadística exacta. Así pues, accediendo Nós con mucho gusto á un ruego de tal naturaleza, puesto que está interesada en el asunto la conveniencia pública, exhortamos á Nuestro amado Clero á que en sus respectivos pueblos auxilien á las Juntas del empadronamiento, y demás personas á quienes corresponda, prestándoles el apoyo que puedan y ellas necesiten, para que se extiendan en las cédulas cuantos datos sean precisos, y en las mismas se exijan; advirtiendo á todos los feligreses que no tengan recelo alguno en declarar la verdad, ya porque de lo contrario, se expondrían á responsabilidades, y ya porque el Gobierno de S. M. declara que á nadie se sigue perjuicio alguno por contribuir á que el censo de la Nacion se practique de modo que se sepa á punto fijo el número de habitantes.

Burgo de Osma 19 de Diciembre de 1887.

*Pedro María, Obispo de Osma.*

### Donativo extraordinario á Su Santidad con motivo de su Jubileo Sacerdotal.

| | Ptas. | Cts. |
|---|---|---|
| *Suma anterior* . . . . . . . . . . . | 365 | 25 |
| D. Manuel Lozano, Párroco de Castil de Tierra. . . . . . . . | 2 | » |
| » Augurio de la Cámara, id. de Vadillo. . . . . . . . . . | 1 | » |
| » Ramon Beltran, id de Castrillo de la Vega. . . . . . . . | 10 | » |
| » Prudencio Ortego, id. de Palacios de la Sierra. . . . . . . | 5 | » |
| » Plácido Ortega, id. de Seron. . . . . . . . . . . | 12 | » |
| » Plácido Remacha, Presbítero de id. . . . . . . . . . | 1 | » |
| Total. . . . . . . . . . | 396 | 25 |

### Ofrendas en metálico para la Misa Jubilar de Su Santidad.

| | Ptas. | Cts. |
|---|---|---|
| *Suma anterior* . . . . . . . . . . . | 2113 | 10 |
| D. Manuel Lozano, Párroco de Castil de Tierra. . . . . . . | 6 | » |
| » Crisantos de la Cámara, id. de Blacos. . . . . . . . | 4 | » |
| » Manuel Sancho, id. de Miño de San Estéban. . . . . . . | 5 | » |
| » Bernardo Cubillo, de Villabella. . . . . . . . . . | 1 | » |

| | | |
|---|---|---|
| D.ª Juana Gomez y su familia, de Vadocondes. | 5 | » |
| D. Nicolás Ormaechea, de id. | 2 | » |
| » Benito Borobio, Párroco de Castilfrío. | 10 | » |
| » Bernardino Martin, id. de Vadocondes | 10 | » |
| Las monjas de Caleruega. | 40 | » |
| El Párroco de Villavela. | 5 | » |
| Id. el de Adrada. | 1 | 50 |
| D. Isidro Mendoza, de Vadocondes. | 1 | » |
| D.ª Manuela Velella, de Aranda. | » | 50 |
| » Juana Martin, id. | » | 50 |
| Varios vecinos de Brías. | 11 | » |
| Id. id. de Nograles. | 2 | 75 |
| D. Augurio de la Cámara, Párroco de Vadillo. | 2 | 50 |
| El Párroco de Pinillos. | 2 | 50 |
| Dª. Benita Martinez. | 1 | » |
| D. Miguel Ortega, Párroco de Casarejos | 5 | » |
| D.ª María de Benito, de id. | 4 | 50 |
| » Ambrosia Anton, de id. | 2 | » |
| D. José Ruperez, de id. | 3 | » |
| D.ª Petra de Pablo, de id. | 1 | 10 |
| D. Jacinto Anton, de id. | 2 | 50 |
| » Tiburcio Contreras, de id. | 2 | » |
| » Urbano de Nicolás, de id. | » | 50 |
| D.ª María Barrio, de id. | 3 | 10 |
| » Victoria de Leonardo, de id. | 1 | 50 |
| » Carlota Gomez, de id. | 1 | » |
| » Cayetana Aylagas, de id. | 3 | » |
| D. José de Nicolás, de id. | » | 75 |
| » Norberto Villar, Párroco de Acinas. | 5 | » |
| » Francisco Borobio, id. de Pinilla de Barruecos. | 6 | » |
| » Ignacio Barona, id de Gumiel de Izan. | 5 | » |
| » Ramon Reltran, id. de Castrillo de la Vega. | 5 | » |
| » Clpriano Lopez, id. de San Estéban de Roa. | 5 | » |
| » Félix Manchado. | 3 | » |
| » Francisco Angel, id. de Valdanzuelo. | 5 | » |
| » Prudencio Ortego, id. de Palacios de la Sierra. | 5 | » |
| » Cárlos Redondo, id. de Almenar y sus feligreses. | 30 | » |
| El Párroco de Castejon del Campo y sus feligreses. | 20 | » |
| D. José Muñoz, id. de Langosto. | 8 | » |
| » Plácido Ortega, id de Seron. | 3 | » |
| » Plácido Remacha, Presbítero de id. | 1 | » |
| » Aniceto Salas é hija, de Castrillo de la Reina. | 25 | » |
| D.ª Agustina Yansegui, de id. | 2 | 50 |
| » Juana de Mata Sotas, de id. | 1 | » |
| D. Leonardo Moreno, de id. | » | 50 |
| » Mariano Arnaiz, de id. | » | 25 |
| Varias vecinas de id. | 1 | 50 |
| Total. | 2386 | 05 |

## Suscricion especial del Obispo y Clero de la Diócesis de Osma para comprar tres cálices que se han de ofrecer á Su Santidad con motivo de su Jubileo Sacerdotal.

| | Ptas. | Cts. |
|---|---|---|
| *Suma anterior*. | 1911 | 50 |
| D. Manuel Lozano, Párroco de Castril de Tierra. | 4 | » |
| » Benito Borobio, id. de Castilfrío.. | 10 | » |
| El Párroco de Villovela.. | 5 | » |
| Id. de Adrada. | 2 | 50 |
| D. Victoriano Ruiz, id. de Abanco. | 3 | » |
| » Augurio de la Cámara, id. de Vadillo. | 6 | 50 |
| El Párroco de Pinillos. | 2 | 50 |
| D. Norberto Villar, id. de Acinas. | 2 | 50 |
| » Ramon Beltran, id. de Castrillo de la Vega. | 12 | » |
| » Cipriano Lopez, id. de San Estéban de Roa. | 5 | » |
| » Prudencio Ortego, id. de Palacios de la Sierra. | 5 | » |
| » Plácido Ortega, id. de Seron. | 3 | 50 |
| » Plácido Remacha, Presbítero de id.. | 1 | » |
| El Párroco de Langosto. | 7 | 75 |
| Id. el de Almenar. | 2 | » |
| Id. el de Castejon.. | 1 | » |
| TOTAL. | 1984 | 75 |

## Junta diocesana para promover las fiestas del Jubileo sacerdotal de Su Santidad.

En este mes concluye el encargo de esta Junta para admitir los donativos á Su Santidad con motivo de su Jubileo Sacerdotal, y por lo tanto los que hayan de enviar sus ofrendas, se servirán hacerlo cuanto antes, á fin de darles su destino á la mayor brevedad.

Asímismo se hace saber que, si hubiese algunas personas que vayan á Roma en peregrinacion, pueden, si gustan, ponerlo en conocimiento de esta Junta por si les conviniese hacerlo, á fin de adquirir las noticias que se les puedan dar; debiendo advertirse que las peregrinaciones durarán hasta el 30 de Junio de 1888.

*El Presidente de la Junta,*

Licd Manuel de Roa.

---

Prévios los ejercicios de oposicion, ha sido provista la Canongía Penitenciaría, vacante en esta Santa Iglesia Catedral, en el Doctor D. Juan García Vellosillo, cura Párroco de Medinaceli, en la Diócesis de Sigüenza.

# ANUNCIOS.


## TRATADO DE CEMENTERIOS

que contiene el Derecho canónico y civil, y sentencias del Supremo Tribunal, sobre construccion de los mismos, higiene, bendicion, nichos y panteones, llaves, atribuciones de los ayuntamientos, privacion de sepultura eclesiástica, inhumacion, exhumacion y traslado de cadáveres, etc., etc., con otras instrucciones á los señores curas Párrocos, sobre legados piadosos, cuarta funeral, etc.

por

**DON RAFAEL LEANTE Y GARCÍA**

Dignidad de Arcediano de la Santa Iglesia Catedral de Jaca.

*(Con censura y aprobacion eclesiástica.)*

Se vende esta obra, que es un tomo de 200 páginas, en la Administracion de la *Revista Popular*, Pino, 5, Barcelona; en casa del autor, Calle Mayor, 20, Jaca; en la de Hernandez, Paz, 6, Madrid, y en la de D. Domingo Lamolla, Academia Mariana, Lérida. Su coste 2 pesetas 50 céntimos el ejemplar en rústica, y 3 pesetas 25 céntimos encuadernada, porte franco. Los que quieran el envio certificado deberán añadir 75 céntimos de peseta.

---

## BREVE BIOGRAFIA DE SU SANTIDAD LEON XIII

*con un retrato y facsimile,*

por

DON FÉLIX REIG PBRO.

Se vende á 10 céntimos de peseta, en Madrid, Calle de Santiago número 1.° librería de D. Eugenio Sobrino.

---

## RELIGION Y MORAL,

ó sea Catecismo adicionado y explicado,

POR EL

DR. D. BERNARDO CASANUEVA,

*Canónigo de la Catedaal de Madrid.*

Se vende á 1'50 pesetas en rústica y 2 en pasta, en Madrid, librería de Aguado, Pontejos 8, y en la de Hernandez, Paz, 6, y demás librerías Católicas.

# ADVERTENCIA.

El presente número es el último del tomo 7.° del Boletin. Comprende los años desde 1880 hasta 1887, ambos *inclusive*. A fin, pues, de encuadernar dicho tomo, se remitirá el indice á la mayor brevedad posible.

## AGENDA IN COLLATIONIBUS DIOECESANIS ANNO 1888.

**Die 5.ª Januarii.—De impedimentis impotentiæ et raptus: et de 2.ª excommunicatione latæ sententiæ Episcopo reservata ex Const. Apostolicæ Sedis.**

Casus. A., ut laboraret sua uxor prægnans, quia alia bona, unde viverent, non habebant, pluries eam minitatus est, et aliquando graviter etiam percussit. Hinc est, quod mulier, ne a viro suo male tractaretur, operibus laboriosis et importunis se tradidit, prævidens tamen, uti etiam vir suus, ex hoc abortum sequi posse, ut revera ita fuit. ¿An et quomodo præfati peccarunt? In excommunicationem, de qua agitur, inciderunt?

**Die 19.ª Januarii.—De dispensatione ab impedimentis matrimonii dirimentibus; deque 3.ª excommunicatione etc.**

Casus. Quidam Nuntii Apostolici familiaris, qui ex industria fecerat, ut ille canonicatum R. Pontifici reservatum vacantem esse minime sciret, falsum præsentationis Brevem a se ingeniose confectum obtulit B,, amico suo, qui admodum lætus, licet fere de Brevis nullitate certus, eum accepit, et ejusdem virtute canonicatus possessionem sumpsit. Fraude postea detecta et in mortis periculo constitutus B., confessarium interrogat, an vere excommunicatus sit, an valide beneficium possideat, vel quid de ipso et de ejusdem redditibus perceptis faciendum. ¿Quid ipsi?

**Die 3.ª Februarii.—De revalidatione matrimonii ob defectum consensus, formæ et inhabilitatem partium, necnon de 1.ª excommunicatione latæ sententiae nemini reservata ex Const Apostolicæ Sedis.**

Casus. C., parochus, nominatim ab Episcopo interdictum propter concubinatum, in quo ex hac vita decessit, sepulturæ Eccæ. ad incommoda vitanda mandavit. Alias, medici cadaverem, qui in actu hæreses publice docendi e vita inopinato corruit, in loco sacro tumulare nollens, civilis judex, parum scrupulosus, illum per se sepulturam in cœmeterio dedit. ¿Quid de C. et de præfato judice?

**Die 16.ª Februarii.—De loco, tempore et ritu servando in celebratione matrimonii, necnon de modo Missam celebrandi cum benedictione nuptiali.**

Casus. D., Sacerdos, matrimonio cum expressa parochi delegatione astitit, sed vespere, absque superpelliceo et stola, et in domum

sponsæ, ut in usu erat; quia locorum consuetudines, ut ipse ajebat, retinere permittit Concilium Tridentinum. Sequenti die, eo quod ei Missæ eleemosynam non dederunt, sponsis nuptialem benedictionem porrexit, sed absque Missa votiva pro sponso et sponsa, licet duplex tantum fuerit. ¿An licite et juxta S. Rubricas egit D? vel quot et quæ violationes commissit?

**Die 1.ª Martii.—De obligatione et liceitate actus coniugalis in se et quoad circunstantias,, necnon de 2:ª excommunicatione etc.**

Casus. E., ne S. Officii Tribunali ejus crimina denuntiaret F., eum occidit. At frustra, nam jam facta fuerat denuntiatio; quo cognito; ut gravissimam pœnam, quam juste timebat, vitaret, e S. Tribunali, data opportunitate, præfatam denuntiationem clam subripuit. ¿Quid de E? An et quo actu in excommunicationem, de qua agitur, incidit?

**Die 15.ª Martii.—De peccatis conjugum, et 3.ª excommunicatione etc.**

Casus. G., parochus. suæ ecclesiæ utilitati consulens, duas dalmaticas perantiquas, quæ absque usu erant, sine Episcopi licentia, quæ jam negata fuerat, pro duabus pretiosis pluvialibus permutavit. Alias, etiam sine licentia Episcopi, unam ex duabus rectoralibus domibus, quas, Gubernio ignorante, possidebat, vendidit, pretiumque partim sibi, partim alterius domus reparationi applicavit. ¿An, in quot et im quas excommunicationes incidit G?

**Die 5.ª Aprilis.—De natura, divisione et conditionibus censurarum, necnon de 4.ª excommunicatione etc.**

Casus. H., in actu confessionis ad turpia sollicitata a Sacerdote, omnia hæc sua amica I. manifestavit; et quamvis obligationem sub pœna excommunicationis illum denuntiandi scirent, minime intra mensem fecerunt, tum ex verecundia, tum etiam quia tempus ad hoc præfinitum nesciebant. Post annum vero, quando præfatus Sacerdos ex hac vita jam migraverat, ad confessarium accesserunt eum interrogans, au in excommunicationem, de qua agitur, inciderunt; et an adhuc obligationem sollicitantem denuntiandi habeant. ¿Quid ipsis?

**Die 19.ª Aprilis.—De auctore et subjecto censnrarum; et de 5.ª excommunicatione etc.**

Casus. J., Sacerdos, temporale lucrum quærens ad suos patres alendos. ob difficultatem Ordinarii licentiam obtinendi, absque ea tres libros, ut eorumdem abtor, tractantes, videlicet: 1.m de explanatione librorum S. Scripturæ: 2.m de Theologia dogmatica et morali: et 3.m de scientiis naturalibus, imprimi fecit; dubitans tamen de liceitate sui agendi modi, et an in excommunicationem incidat. Ideoque post factum te de præfatis interrogat. ¿Quid ipsi?

**Die 3.ª Maii—De ecclesiis, in quibus asservari potest SS. Eucharistiæ Sacramentum: de materia et forma tabernaculi et Pyxidis; et de lampade, quæ coram tabernaculo exardere debet.**

CASUS. L., parochus, SS. Sacramentum non in altare majori, sed in alio asservat; et magis quam illum ornare curat altaria B. M. Virginis et aliorum Sanctorum. Item, lampadem, quæ œconomiæ causa oleum olivarum cum aliis vegetalibus mixtum nutritur, non coram altare, sed in laterali parte collocat, ubi vis videri potest. ¿Quid de modo agendi L? In quibus SS. Rubricis defuit?

**Die 17.ª Maii.—De absolutione a censuris, et de 6.ª excommunicatione etc.**

CASUS. M., prope monialium monasterium, domum, ex qua inspici poterat clausura, adversus voluntatem Abbatissæ, quæ jam monuerat, ædificare incœpit. Tunc rei certior factus Episcopus, auxilium civilis Gubernatoris impetravit, ut clausuram monialium tueret; at frustra, nam, e contra, expresse concesit M., ut opera prosequeretur. ¿Quid de M., et de Gubernatore? In excommunicationem inciderunt?

**Die 1.ª Junii.—De natura, divisione et duobus primis effectibus excommunicationis, necnon de 7.ª excommunicatione etc.**

CASUS. N. libidinis explendæ fine virginem rapuit, eamque in longinquam regionem transtulit. Ibi, mutato consilio, illam in uxorem importunis precibus ducere intendebat; at frustra, nam mulier nullatenus accedere voluit, et tunc eam dereliquit N. Perterrita tamen inexperta virgo ob difficultatem in suam patriam redeundi, consensum ad matrimonium præstitit, quod quidem illico inierunt. ¿Quid de matrimonio? In excommunicationem et in reliquas pœnas contra raptores incidit N.?

**Die 14ª Junii.—De reliquis excommunicationis effectibus, et de 8.ª excommunicatione etc.**

CASUS. Quidam Eccus. Gubernator sub excommunicationis pœna propter virginis deflorationem obligavit O. ad matrimonium cum ea contrahendum, vel ad eam dotandam, sciens tamen illum ad hoc bona temporalia non habere. Alter civilis Gubernator matrimonium cum viro, qui sui beneplaciti non erat, filiæ suæ minis et pœnis prohibuit. ¿Quid de duobus Gubernatoribus? ¿Incideruntne in excommunicationem, de qua agitur?

**Die 28.ª Junii.—De crimine hæresis, lectione praborum librorum et indice, deque 9. excommunicatione etc.**

CASUS. P., ut omnia bona temporalia suorum parentum sibi essent, unicam sororem suam ad ingrediendum in Congregationem sororcularum senium Derelictorum, a S. Sede approbatam, sed in qua vota tantum simplicia, licet perpetua, emituntur, importunis precibus et nimia exaggeratione periculorum, quæ in mundo sunt, coegit. ¿Quid de P.? ¿In excommunicationem, de qua agitur, incidit?

**Die 12.ª Julii.—De ritu servando sacram infirmis communionem et per modum. Viatici, [et ad adimplendum paschale praeceptum, in deferendo, tam intra, quam extra oppidum.**

Casus. Q., parochus. aliquando, ne absque sacramento ex hac vita decedat infirmus, currendo, cum ordinariis vestibus, sine lumine et ministro, illi S. Viaticum defert: aliquando, ob nimiam locorum distantiam, in equo non mansueto et absque lumine Viaticum etiam defert equitando; et fere semper capite cooperto etiam intra oppidum incedit, unicam particulam consecratam deferendo. ¿Quid de modo agendi Q.? ¿An et quomodo in singulis peccavit?

**Die 26.ª Julii.—De censura suspensionis, deque unica suspensione latae sententiae R. P. speciali modo reservata ex Const Pii IX Romanus Pontifex.**

Casus. R , Episcopus Auxiliaris cujusdam Archidiœcesis, mortuo Archiepiscopo, a Capitulo in Vicarum Capitularem electus est. Deinde a Gobernio nominatus et præsentatus ad eamdem ecclesiam, ejus curam, regimen et administrationem per omne vacationis tempus uti talis Vicarius prosequutus est. ¿Quid de R.? In suspensionem, de qua agitur, incidit. ¿Quid etiam de Capitulo, talia consentiente?

**Die 6.ª Septembris.—De interdicto, depositione et degradatione, necnon de 1.ª Suspenssione latæ sententiæ R P. simpliciter reservata ex Const. Apostolicæ Sedis.**

Casus. S., cujusdam Diœcesis Episcopus, et ad aliam Sedem infirmitatis causa a R. Pontifice electus, illico, antequam de sua translatione litteras apostolicas exhibueret, in nova Diœcesi, ubi cum gaudio a Capitulo receptus est, ei honorem uti Episcopo propio tribuendo, suam residentiam fixit. ¿Quid de Capitulo? In suspensionem a suorum canonicatuum perceptione omnes Capitulares inciderunt?

**Die 20.ª Septembris.—De cessatione a Divinis, et sepultura Ecca., necnon de 2.ª suspensione etc.**

Casus. T., Episcopus, V., titulum beneficii vel patrimonii non habenti vel tantum fictum, pactoque implicito cum eo inito non petendi post ordinationem alimenta, dimissorias concessit, ut a quocumque Episcopo catholico ad S. Subdiaconatum promoveretur. ¿Quid de casu? Incideruntne in suspensionem tam T., quam V., et Episcopus Ordinans?

**Die 4.ª Octobris.—De irregularitatibus in genere, et in specie de duabus primis ex deffectu; necnon de 3.ª suspensione etc.**

Casus. X., Episcopus, subditum suum. I., qui in aliena Diœcesi per duos annos in novitiatu cujusdam Monasterii moratus fuerat, absque testimonialibus, vel negativis, Ordinarii præfatæ Diœcesis, licet cum attestatione Superioris illius Monasterii, ordinavit. Quid de X? In suspensionem, de qua agitur, incidit?

**Die 18.ª Octobris.—De ritu servando a Sacerdote, vel Diacono in casu, in administratione S. Viatici in Triduo sacro, infra Missam et ubi plurimi infirmi simul sunt communicandi in eodem habitaculo.**

Casus. Z., parochus, aliquando post Sanguinis sumptionem, ac

proinde cum Missæ paramentis, quamvis nigra sint, infirmo, qui prope ecclesiam habitat, S. Viaticum, aut etiam communionem ex devotione, deferre non dubitavit. Alias, in nosocomio, ubi simul et in eodem habitaculo S. Viaticum recipere debent plurimi infirmi, omnia, prœter formam, in communi egit. ¿Potestne laudari Z. in omnibus juxta S. Rubricas? Vel quibus defuit in casu?

**Die 2.ª Novembris. -De reliquis irregularitatibus ex deffectu, et 4.ª suspensione etc.**

Casus. A., Episcopus, B. cujusdam Congregationis religiosæ professum ad sacros ordines absque titulo canonico, sed tantum sub attestatione Præpositi Generalis ejusdem Congregationis, asserentis se speciali privilegio, dimissorias ad effectum suis subditis concedendi gaudere, quin tamen tale exhiberet privilegium, admissit. ¿Quid, de casu?

**Die 15.ª Novembris.-De irregularitatibus ex delicto, et de 5.ª suspensione etc**

Casus. C., Sacerdos religiosus professus, a religione propter calumniam ejectus est. In sœculo vivens, consideransque in censuram absque culpa incidi non posse, ab exercitio sui sacri ordinis non abstinuit. Præfata calumnia postea detecta et a suis Superioribus ad Relionem iterum vocatus, tunc dubitare incipit, an in suspensionem et in irregularitatem inciderit. ¿Quid ipsi?

**Die 29.ª Novembris.—De indulgentiis, et de 6.ª suspensione etc.**

Casus. D., ex ignorantia affectata hujus censuræ, ab excommunicato nominatim denuntiato presbyteratus ordinem recepit. In oppidum suum reversus, non solum primam suam Missam celebravit, verum etiam in aliis duabus solemnibus Missis Diaconatus ordinem exercuit. Admonitus tamen ab alio Sacerdote circa suspensionem, in quam in sua ordinatione inciderat, an revera ita sit, confessarium interrogat, et an in irregularitatem tam ex celebratione Missæ, quam ex exercitio Diaconatus incidit. ¿Quid ipsi?

**Die 13.ª Decembris.—De Jubileo, et de 7.ª suspensione etc.**

Casus. E., hispanus, sacro Subdiaconatus ordine insignitus, in Roma studiorum causa per tres annos commoratus est. In suam patriam postea reversus, et non valens suæ Diœcesis Episcopus nimia senectute ordinationes habere, ab alio Episcopo Diaconatum recepit, cum litteris tamen dimissorialibus sui Prælati. ¿Quid ad casum? Incideruntne E. et Episcopus proprius in suspensionem, de qua agitur?

**Die 27.ª Decembris.—De ritu servando in administratione Extremæ Unctionis, et de benedictione Papali pro articulo mortis.**

Casus. F., parochus, omnibus infirmis, licet in proximo mortis periculo non sint, immediate post Extremam Unctionem benedictionem Papalem porrigit, semel tantum generalem confessionem recitando. Insuper, si in peccatum lethale denuo inciderit infirmus, præfatam benedictionem etiam in publico repetit. ¿Quid de modo agendi F? Nonne bene et juxta S. Rubricas?

---

Tipografía de La Propaganda.